ſcit afferre? Non n. ſolu' Filij Dei Nutritor
exhibitus, et omnia quae Nutritoris ſunt, perfecit, ſed
et ò incomprehenſibili dignitate, ipſius Pa-
ter nuncupatus e. Quamquam ſummus Coeleſtis
Pater maxima liberalitatis ſit ac munificen-
tia ſit (quis n. ad eum unquam acceſſit, et eum re-
pulſa receſſit? quis n. ſemper plus quam optavit, re-
portavit, imò plus quam ſperavit, ne dum quam petijt
obtinuit?) nihilominus ſuum honorem nulli alteri prae-
terquam S. Joſepho dare voluit, cui nomen filij
proprium nomen fuit: Patris ita communicavit, ut
non ſolum à Judaico Populo, ſed et à ſacris Evangelij
ſcriptoribus imò et ipſa Dei Matre Pater Dei
fuerit appellatus. Titulus iſte dictu quidem par-
vus, Maieſtate verò imenſus, citò pronunciari pot-
ſatis verò conſiderari nunquam pot. Nam quid ſubli-
mius, quid excellentius aut glorioſius Sancto Joſepho
ab imenſa Dei bonitate unquam potuiſſet
conferri, quam ut Pater Dei nominaretur!
Te Sylla Foelicem Roma praedicat, decurſus
vitae tuae feliciſſimus confirmat. quis felicius.
Triumphi ſingulares Pompeium Magnum appella-
runt. Nil ſane Maius. Abſentios ſuos ſubli-
mes, Plato, Divinus es nominatus. Vox, fateor,